

decim uncias diuidatur Galenus apertius explanat  
ibidem libro tertio, quàm ut in dubiũ uocari possit.  
ait uero. *Εσι δὲ παρ' αὐτοῦ μέτρον, ὃ ἤλαιον με  
τρῶσιν, ἐντετμημένον γράμμασι διαρούσαις ἢ  
σύμπαρ εἰς μέρη δώδεκα. καὶ καλεῖται ἢ ὅλον μέ  
τρον ὑπ' αὐτῶν λίτρα. ἢ δώδεκαζον δ' αὐτῷ ἔγγια.*  
Hoc est. Est autem apud ipsos: de Romanis loqui  
tur: mensura, qua oleum metiuntur, intersecta line  
is diuidentibus totam in duodecim partes. atq; me  
sura integra uocatur ab ipsis libra: duodecima uero  
pars eius uncia. E quibus clarissimum est, librã men  
suralem duodecim esse unciarum mesuraliũ. Quã  
ob rem in magno errore uersantur hodie medica  
mentarij quidam sedecim eam unciarum constitu  
etes, maxime cum medicamenta tam Arabũ quàm  
Græcorum conficiunt: cum ponderibus enim reli  
quarum medicinarum, quas in se recipiunt compo  
sitiones siue mixturæ, hæc mensura libræ non con  
uenit. Iam etsi satis probatum sit è Galeno libras &  
uncias mensuras fuisse, paucis tamen adhuc usum  
earum manifestare, non inutile arbitror futurum.  
Quamuis autem Galenus & medici eum secuti cre  
bro sic usi sunt libra & uncia, unũ tamen aut alter  
locum ex ipso quoq; testimoniũ gratia ascribã. libro  
primo eiusdem operis scribit ex his constare album  
emplastrum. *Λιθαργύρου μὲν καὶ Τιμυθίου λίτρας  
ἑκατέρου*